ciuifam mulieris, nomine Sophiae. Ei autem erat vnica filia, nomine Euphemia,
vivens in viduitate, & de sola filia felicitate. Educebatur ergo matri filia, tanquam
germen recens pullulans, temperantiam exercens & virginitatem, & studium adhi-
bens, nè cerneretur à masculorum oculis. Erat autem puella facie decora, & insigni
pulchritudine. Cūm ergo in ea habitatione diu versatus esset Gotthus, nescio quo-
modo adspexit puellam, & ita captus fuit eius amore, vt nusquam mentem alio con-
serteret, quam ad virginem. Personam itaque induens bonitatis, & se amicum esse
H h simu-

URIUS

9001
Möser
RVIII
S

simulans, abiit ad matrem: & assentationibus consans ei persuadere, & bonorum promissis, ut ei daret filiam in matrimonium: Illa autem grauiter cerebat, & animum non adhibebat ijs, quæ ab ipso dicebantur. Eo verò se insolenter iactante, & validi minitante, illa, Vnicam, inquit, quæ mihi est, filiam viro coniungere barbaro nūquam sustinuerim. Nè ergò assenteris, nec mineris. Nam nec me emollies adulatio-
nibus, neque minis terribis. Ille autem pergebat eadem rursus facere, & rursus suam ostendebat impudentiam, & de ijsdem assidue cum matre loquebatur. Deinde etiam preciosa afferebat ad eam ornamenta, & affirmabat eam fore dominam matriorū aliorū. Mater autem pueræ ne sic quidem præbebat aurem ijs, quæ ab ipso dicebantur.

Cap. 17. Deinde illo perseverante, rursus Sophia, (cùm nescio vnde didicisset) Sunt tibi filij & vxor, ei respondit: nec ego tibi mæ filiam dederim in matrimonium. Ille venit
Gothus q.
dam vietus
amore im-
puro, falso
Euphemia
virgo, re-
spuit matri-
monium.

partim quidem amore pueræ vietus, partim autem timoris Dei nullam ducens rationem, Deum testatur se nunquā habuisse vxorem, nec filios: sed se eius filiam velled
ducere vxorem, & omnium suorum bonorum eam facere dominam. Vinciturque mater pueræ à Gotthi verbis. Quid enim erat factura, cùm esset foemina, qui facile decipitur, & sacramentorum audiret examina, & ei metu quateretur animus. Iraque manus in calum tollens: Pater orphanorum, & defensor viduarum Domini & Deus, inquit, nè despexeris hanc pueram, quæ viro ignoto coniungitur. Tene
eius promissorum accipio inspectorem: & te freta, vnicam meam filiam tradoluimus peregrino. Et interim scribitur contractus matrimonij: & cùm aliquantum temporis Hunni Edeslam circunsedissent, socij autē & adiutores urbem defendiscent, hostium quæ impetum propulsâsent, sit puerla prægnans ex Gotthi coniunctione. Non dicitur verò tempus pariendi aduenenerat: & Hunni quidem, cùm nihil potuisserint facere eorum, quæ sperauerant, iam in animo habebant proficiisci in patriam: socij autem adiutores volebant redire Romam. Cùm ergò Gothus quoquè paratus esset summi abire cum Romanis, & cruciaretur mater filiæ separatione, eisq; scinderentur vilæ, apprehendit pueram, nec sinebat eam cum Gottho discedere, etiam si eam non poterat retinere, cùm lege matrimonij & naturæ velle sequi maritum.

Cap. 18. Cùm iam ergò abirent, mater eos assumens, accedit ad capsam confessorum, & dicit Gottho: Ego tuæ fidei meam filiam non committam, nisi tangens hanc preciosam capsam eorum, qui pro Christo passi sunt, eos dederis mihi fideiussores, quod non solum ei nihil sis molestiæ facetus, sed etiam eius, quam par est, curam sis gesturus. Gothus autem protinus, tanquam iussus facere id, quod esset omnium facilium, & omni penitus metu vacuum, A manibus vestris, inquit, ô sancti, accipio pueram: & vos do matri fideiussores, quod ei à me nihil fiet molestiæ: sed me potius habebit patrum ei implere, quæcumque volenti erunt cordi. Nec hæc solum sceleratus: sed magnas quoquè iurat Dei vires, se promissa re ipsa conseruaturum. Mater ergo accepto iure iurando, sanctis acclamauit martyribus: Vobis, ô sancti, meam filiam podemus committo, & per vos Gottho. Post hæc Deum precati, mater quidem amantissem filiam amplexa, domum reuertitur: Gothus autem iter init cum puerella. Deinde cùm venissent in regionem, ex qua ortus erat Gothus, & iam essent prope eum domum, oblitus quidem vir iste inhumanus amoris in vxorem, contempto vero in reuirando & pactis conuentus, & Dei metu procul à se amandato, (ô, quoquè procedit vitium?) ei quidem aufert vestes: aurum quoquè ei aufert: eaque tanquam serua pannis turpiter induita, Mihi, inquit, ô mulier, sunt liberti & vxor. Quomodo bene exemplum voca te ancillam bello captam, & te mæ vxori omnibus modis submittre, & eum rem gere, eam tanquam dominam honorans & nominans. Si enim, quomodo si habeant res nostræ, enunciaueris, aut etiam mæ vxoris voluntati non parueris, erit tibi mors supplicium.

Cap. 19. Quomodo his affectam censemus fuisse mulierem, quæ matre quidem erat priuata priuata autem patria, omnibusque amicis & cognatis, & ad illius solam adipisciebat animam, & quæ longæ illius spei ralem viderat exitum? Omnia si non esset lapsus, non ferrum, aut aliiquid aliud inanimum, ijs, quæ præterspem accidentar, auditus perculta, protinus emisisset animam. sed eam conseruabant matris fideiussores, quæ illa à Gottho acceperat, ad malum quidem execrandi eius capitum, ad ostendendam autem maximam eorum gratiam. Valde ergò ingemiscens, & suspirans ex profundo cordis: Tibi, aiebat, ô Domine, & ineffabili tuæ misericordia propter hæc omnia

Vide scele-
ratissimi ho-
minis bar-
barum pla-

ag gratias. Deinde etiam ad Gotthum conuersa: Benè tibi sit, inquit, quòd cùm nos posses tollere de medio, hoc solo fuisti contentus, vt me seruam faceres pro libera. Promissa, re ipsa præstisti: iusurandum re vera confirmasti. Quid ergò restat aliud, nisi vt omnino inuocem eos, qui ea quæ siebant, inspererunt, quos tu tunc adduxisti testes ijs, quæ à te dicebantur? Eis enim, & non alij, confusa, mea sponte constituti disiungi à parente: eam quæ nos tulerat, relinqueret, & te solum sequi. Hæc cum dixisset, animæ oculos ad cælum tollens simul cum sensilibus: Deus patrum meorum, cum euilatu dicebat & lachrymis, adsis mihi misera: & vide, quid iste quidem te teste & tuis sanctis & confessoriis est pollicitus, quid autem nunc re ipsa facit: & nos libera ab ijs malis, pro nobis intercessores tuos sanctos accipiens: quo-
Sanctos p
niam his post te confisa, præsentia hæc mala sustineo. Cùm sic puella tacitè Deum intercesso-
ribus habe-
rogäset, in Gotthi autē ades essent ingressi, adspexisset vero eius coniunx puellam,
dos, etiam
& animaduertisset eius pulchritudinem, zelotypia & suspicione in animo statim re-
aniquitas
pleretur. Rogat itaque maritum, quānam ipsa esset, & vnde esset orta: & quare eam nouit,
secum nunc duceret. Ille autem eam esse captiuam, & ab Edessa abductam: duclam
vero esse, vt ei seruaret, respondit. Illa autem formam magis attendens, quām eius
verba: Eius, inquit, vultus nequaquam eam arguit esse seruam. Gotthus autem: At
tu ea vere tanquam ancilla.

Exhinc itaque puella metu agebat silentium, & quæ imperabantur, faciebat oscyli. Cap. 20.
mè. Nesciebat enim, quidnam posset facere, quod eam liberaret à malis presentibus.
Sanctis autem assidue dicebat in corde suo: Festinate ad auxilium ancillæ vestræ, ô
sandæ, festinate, neque fraudem milii factam despici. Puella vero domina non le-
gitima, in eam mota zelotypia, puella grauiter vtebatur, & ei grauiora opera impe-
rat, perindè acsi illius labores, inuidiæ qua vrebatur, ipsa proprium haberet sola-
tum. Quod autem erat omnium maximum, ne eam quidem volebat alloqui. Post
quā autem procedet tempore puellam rescuisti esse grauidam, zelotypæ flamma
magis accessa, grauissimum opus ab ea exigebat. Cur hoc? Studens videre mortem
puella, fecit facta abortione. Sed inuidiæ erant Christi vires, & eorum, qui propter
Christum passi sunt: per quas puella & superauit molestias, & mansit minime læsa à
malis. Postquam autem accessit tempus partus, parit filium masculum, qui patris Parit filium
effigiem in seipso confermabat, & erat Gottho omni ex parte similis. Hoc cùm adspe- Euphemia.
xisset Gotthi coniunx, & animaduertisset quām esset expressa similitudo, nihil aliud
versabat in animo, quām quomodo puerum interimeret: marito autem dicebat:
Ego tibi non crediderim, quod cum puella non coieris. Nam quod ex ea natum est,
patrem aperte confitetur, forma perindè vtens, à lingua. Ille vero affirmabat eam
non verum dicere: iubebat autem ea vt tanquam ancilla, dicens: Hoc fidem faciat,
me nunquam cum ea esse congressum. Neque enim à me vnquam omnino in tuam
tradita fuisset potestate. Amicitias enim coniungunt amores, non disiungunt.

Tunc autem qui longo abhinc tempore humano generi est inimicus, Gotthi vxo. Cap. 21.
rem subiens, eam aduersus infantem furore concitauit: & propterea concepit labo-
rem, & peperit iniquitatem: & cùm quoddam venenum in sinum immisisset, pueri
quidem matrem emittrit ad faciendum aliiquid, quod erat opus. Et ea quidem egre-
ditur ad exequendum id, quod fuerat imperatum: illa autem venenum immisit in Crudele fa-
os pueri, & venenum mors statim est consecuta. Paulopost ergò reuera mater, cùm cinus zelo-
infantem quidem inuenisset mortuum, illius vero labris infusum venenum, in corde
quidem sauciatus, & graui animi dolore afficitur, eum tamen celat, & tenet in abdi- type mulie-
to: dolore quidem affecta, vt mater: secretum autem tenens, vt prudens & cordata. Crudele fa-
Deinde cùm vellus sumpfiasset, & os infantis absterrisset, lanam apud se detinuit, ex-
perientia volens scire veritatem. Paucis certè pòst diebus, cùm ex amicis & cognatis
Gotthus inuitasset aliquos, puella arripit occasiōem: & lanam intingit in calice, &
Gotthi tradit vxori, volens, vt dixi, verum scire, veneno ne priuata sit infante, an
communi morte eum amiserit. Nam existimabat quidem, quòd si epoto medica-
mento vixisset, euidens esset, quòd nec filius eius fuisset necatus veneno. Quòd si id Perit eodē
cam interfecisset, illud omnino passura esset, quod ipsa fecit. Cùm ergò Gotthi vxor veneno, quo
nihil mali suspicaretur, accipiens, ebit calicem: statimque labor conuersus est in infante ex-
caput, & in eius verticem descendit iniquitas, & cecidit in foueam, quam fecit: &
iustè comprehensa fuit in laqueo, quem absconderat. Atque illa quidem iacebat
mortua, extenso corpore, fructus ferens dignos laboribus: animi autem ægritudo

URRIUS

9001
Möller

RVIII.

5

inuaserat Gotthum, ciasque necessarios, & qui genere ad eum attinebant: totum implebat domum mœror & tristitia ob immaturam mortem eius vxoris. Ab his tamen lugetur, vt erat consentaneum, & præclarum consequitur sepulturam, & magnificè deponitur.

Cap. 22.

Cum autem septem dies præteriissent post sepulturam, & satis temporis confusissent in mœrone, venit eis in memorem, captiuae insidijs mortuam esse eorum cogitam. Hinc factum est, vt eam quidem vellent tradere Præsidio, vt ab illo tolleretur medio: non enim licet eis ferro illam inuadere. Cum autem is abeisset, ipsi cuncti inter se consultassent, in monumento, in quo fuerat sepulta vxor Gotthi, eam inducunt in praesentia, & sepulcrum muniunt aspero lapide, & ei adhuc custodiunt. Cum vero ad eam veniret odor cadaveris, magna repleta molestia, Domine Deus virtutum, dicebat puella, qui tuorum martyrum & confessorum pro te fūsum regnū, tanquam viuum accepisti sacrificium, ad me adspice, que propter tuum eorum, qui propter te passi sunt, sanctorum nomen, viro ignoro & alienigena me ipsam credidi, & sum proptereà damnata ad hoc tormentum: tu mihi tuum da auxilium, & me libera à presenti periculo. Vos quoquè sancti Christi, qui illa innumeribilia certamina propter ipsum sustinuitis, & eum esse viuum Deum coram regione confessi estis, quos matre meæ præbuit Gotthus propter me fideiustores, ipsi nunc adeste mihi in malis adiutores: nec eam despiciatis, quæ se vobis dedicauit. Cum

Sancti martyris effectus precata, non tardarunt fideiustores, neque distulerunt ei ferre auxilium, in quo det tres viros luce circundatos, ad quam non patet aditus, & factor ille mox conseruari, celeriter opem sus fuit in bonum odorem, adeò vt mirabilis quidam & suavis odor ad eam accedit, misericordia mutaret: Et bono animo esto, ei dicunt, o mulier, nec time: citò enim salutem assequitur nihil omnino graue passa, nec ingratum. Neque enim fallemus fideiustionem, neque dilatione temur in salute.

Cap. 23.

Cum hæc ergo sancti ei dixissent, ea statim tanquam à se discessisset, resolutiur soporem, Deicte inuicta, eorumque, qui ipsum confessi fuerant, virtute, (miraculum dignum Dei benignitate & potentia) quomodo alius quidam Habacuc propterea momento temporis Hieropolymis translatus fuit Babylonem: aut ut discipulus

Dan. 14.

Philippus à facie Eunuchi Aethiopis raptus est à spiritu: codem modo ipsa quoque dormiens transfertur à monumento, & restituitur in templum confessorum simul martyrum. Redita ergo huic templo martyrum, cùm manè eam somnus remissus videt ei rursus adstantes Christi confessores, & dicentes: Scis nam modò vbi sis?

Act. 8.

Cum huc ergo & illuc circunspexisset, & veluti ad se redisset, & ad eum agnoscens Oratoriā, impleta fuit omni gaudio, & magna affecta fuit admiratione. Latabatur Sanctorum Angelico ministerio restituuntur Euphemia in templum videns, stupebat animo cogitans, sibi diffidebat, nesciebat quid ageret: postremo

Angelico ministerio restituuntur Euphemia in templum

pròcidit ad pedes sanctorum, & eis agit gratias. Illa autem ei dixerunt: Nostram plementa est fideiustio. Vade in pace ad matrem tuam. Et illi quidem ex oculis statim eum nuerunt. Illa autem ad eorum capsam accedens, & ardenter amplectens, & lacrymas voluptate & timore simul mixtas effundens: Deus noster, dicebat, in celo in terra, omnia quæcumque voluit fecit: emisit è celo, & me seruavit. Benedic Domine, qui seruas eos qui sperant in te. Vesperè habitauit mecum luctus, & mansuetatio.

Psal. 134.

Cum ergo satis longo tempore preces cum lachrymis producentem puellam dererit sacerdos, qui erat in templo, & audiret gratiarū actionem, dubitabat. Dicente accedens, rogabat causam, cur sic orans lamentaretur, & tam multas effundens lachrymas, & pro quo offerret gratiarum actionem. Illa aut ei narravit rem omnem, quemadmodum & Gottho à matre iuncta fuisset matrimonio, & quemadmodum cum eo abiisset, fidem habens dato ab eo iureirando: & quemadmodum fecerat qui Gottho ex ea erat natus, veneno perijisset: & quemadmodum fuisset inclusus in sepulcro, & qualē experita esset fortunam, & qualē à sanctis affectu esset liberationem. Hæc cum audiisset sacerdos, à se planè discedebat, dubitabat propter magnitudinem eius, quod narrabat: incredulitate & fide eius diuidebat animus. Unde etiam volens de ea certior fieri, rogabat, quenam esset mater puellæ, & quæ domo esset orta. Cum ea autem respondisset sacerdoti, is quidem puellam in templo detinet; matrem autem ad se accersit. Illa vero cum ad eadem venisset oratorium, & filiam sacerdoti assistentem repente adipexisset, primū quidem eam ardenter amplectitur, amore omnino suo fungente officio. Deinde diu inter se silent, luctu yocem

Cap. 24.

Breviis predicti miraculi narratio.

reperi.

repremit, & lachrymis sermonem interruptibus. Nam matris quidem frangebat animum filia, quæ cernebatur in seruili vestitu & habitu. Filia autem rursus animo sauciabatur, quod bona sp̄e à matre disuncta, tam turpiter redijsset, ut vel solo adspectu provocaret ad misericordiam. Cum ergo vix tandem mater se collegeret ab acerba illa confusione, rogauit filiam, quenam ei accidissent, & quemadmodum redijsset, & quidnam fecerit eam indui tam seruiliter. Illa autem narrauit omnia matri, ut se habebant, quæ post liberationem erant iucunda & dictu & auditu. Cum ergo mater, quæ à Deo & eius confessoribus & martyribus facta fuerant in filiam miracula, ab ea audiuisset, rotum illum diem oratoria ædes martyrum ambas habuit Dominum laudantes. Cum venisset autem vespera, egrediuntur è templo & domum reuertuntur. Die vero sequenti, & quod factum fuerat, in omnem partem fuit disseminatum: & multitudo confluebat ad pueram eorum, qui alioquin ad eam artinebant, Deumque simul cum ea, & eos, qui propter ipsum passi fuerant, glorificantes.

Aliquanto autem post tempore Deus Dominus ultionum liberè egit: in altum clausus est, qui iudicat terram: reddidit superbis remunerationem. Nam cum Hunni Rursus Hū-
Perfis se adiunxissent, & in loca, quæ erant circa Edessam, adhuc faceret incursiones, ni cum Per-
rursus quidem ad Edessenos in auxilium à Romanis mittitur exercitus. Vnus autem in ditiones ex ijs erat etiam sceleratissimus Gotthus: & venit rursus in domum mulieris: venit Romani Im-
autem confidenter, tanquam gener in domum socrūs, nihil eorum, quæ occulteret per. Petrij.
petrārat, manifestum euasisse suspicans. Cum ergo cognouisset mater eius adūctum,
filiam quidem includit in domo interiore, cogitans rem facere sapientiorem, quam
quæ videtur posse cadere in mulierem. Illa autem cum excepit cum gaudio, quo-
modo ipse se habeat, interrogans: quomodo vero filia iter in eius domū conficerit:
& quomodo sit conservata: & quemadmodum, cum esset grauida, peperit: & quod
pepererat, esset ne masculus, an fœmina. Ego enim, inquit, de vobis eram valde soli-
cita, nè vobis in via, & maximè filia meæ graue aliquid accideret, vt quæ esset præ-
gnans, & parvus tempus iam ei appeteret. Gotthus autem, vt qui non ex ijs, quæ ipse
fecerat, sed ex ijs, quæ ineffabilis dispensauerat bonitas, responderet: Omnia, dice. Impudētia-
bat, recte tuis successere precibus. Sine villa autem molestia viam cum tua filia per-
egimus, & ad ædes meas alacriter peruenimus: peperit autem filium masculum, &
nunc cœna & latra tibi plurimam per me dicit salutem. Quod nisi repente missi esse-
mus ad ferendum auxilium, ipsa quoquæ ad te mecum redijsset.

Hæc cum mater audiret, ira replebantur & versabantur eius viscera, vt quæ ab omni. Cap. 26.
naretur bona verba, factis iniustis illita. Deinde cum non posset amplius ferre iustum
iram, quæ in manifestam insultabat iniquitatem, infremuit tunc in virum, omni ex
parte longe iniustissimū: & O fraudulente, inquit, & parricida, quid fecisti cum mea
filia? Hæc mihi iureurando dato es pollicitus? Propter hæc' ne fideiussores & Confundit
martyres mihi dedisti eos, qui passi sunt propter Christum? Sed ipsi omnino, quos de-
misi fideiussores, ipsi te punient propter malam tuam mentem, & poenas sument de
his iniustis infidili. eos ergo inuocabo ad vindictam, quos tunc accepisti fideiussores.
Hæc cum dixisset, eductus est domo filiam: &, Nostine quænam hæc sit, o impie, nosti,
dixit, eam Gorthus ostendens: & vbi eam incluseris, & quali morti eam tradere volu-
ris, non leges, inquit, non maximum illud à te datum iuslurandum reueritus? Sed
Christi confessores & martyres, Samonas, Gurias & Abibus, quibus ego confidens,
eam barbare tue commisi dexteræ, illi mihi præter spem omnem eam conseruârunt,
& in meum sinum restituerunt.

Hæc postquam audijt Gotthus, & adstantem vidit pueram, præ pudore & metu ei Cap. 27.
vox extincta: eratque mutus, ne os quidem valens aperire. Deinde cum res esset
aperta, & convictus esset hæc fecisse pueræ, ne ei quidem loquendi potestatem facien-
tes, quæderant, cum tutò includunt. Mater autem cum filia, adducto scriptore, cum
quæ euenerant omnia recensuissent, sanctissimo Edessa Episcopo (is autem erat Eu- Eulogius
logius) ea tradunt. Ille vero cum ea perlegisset, simul cum vniuerso Clero, vadit ad Episcopus
Prætorem ciuitatis, & ei tradit, quæ scripta fuerant. Qui cum ea legisset, primùm qui-
dem affectus fuit admiratione, & eam rem habuit pro miraculo: & laudauit Deum
vniuersorum, qui per suos martyres hoc nouum, & quod omnium auræ obstupefa-
cit, fecit miraculum. Deinde vero vehementer in Gotthum est inuestitus, qui tale au- * considerare
sus fuerat facinus. Aegrerferens ergo Prætor, secum quidem facit & considerare Epi- legendum
sco. puto.

URRIUS

9021
Mober

RVIII

5

N O V E M B E R.

366

scopum. Deinde Gotthum & puellam iuberisti: & audiente tota multitudine, (concurrerat autem maxima) iubet ea legi, quæ scripta erant de Gottho. Cum ea ergò lecta essent, an hæc vera essent, Gotthum interrogat. Ille autem (Quid enim faceret, qui à seipso & à veritate aperte conuincebatur?) nihil horum esse falsum confitebatur, & pro his petebat misericordiam. Prætor autem, Sceleratus, inquit, & parricida, cur ne Dei quidem timuisti iudicium, nec eius, quem nihil latet, oculum, etiamsi homines latere liceat? Cur non timuisti iusrandum? cur non legi Romanorum es veritus, tam impium aggressus facinus? Quoniam ergò conuicte hæc omnia despiceret, à te etiam grauius exigetur supplicium. Dixit, & iubet gladio caput eius amputari, & corpus eius in ignem projici, vt ne puluis quidem eius pulueris particeps, nec tradatur communi omnium matri, qui se ita gesentur cognatos.

Cap.28. Cùm autem ad rem execrandam se pararent milites, Dei amicus Episcopus erat Prætorem, vt quantum fieri posset, in eum vteretur clementia: neque is sua personet amentia. Ille vero: Timeo, inquit, Christi martyres, quos dedit suū fideliōres. Ij enim, vt quos ipse fecellerit, nisi eorum, quæ admisit, ego iustas de eo sumptu poenas, mihi omnino, non ipsi, quod debetur, inferent supplicium: & alioqui effice, vt multi se gerant similiter, nisi pro ijs, quæ fecit, iustas poenas luērit. Cùm autem magis instaret Episcopus, & vehementius pro eo intercederet, à supplicio quidem Protor auferit ignem: perseuerat autem in eo, quod eius caput gladio amputetur. Cum ergò Gotthum accepissent milites, & extra ciuitatem eduxissent, gladio, vt eis iufficerat, illi caput admisunt. Propter quod Seruatori Christo, & ijs, qui propter ipsuī passi sunt, martyribus emittebatur laudatio ab omnibus, quod superbis reddiderunt remunerationem, ad gloriam patris & filij & spiritus sancti, nunc & semper, & incola seculorum, Amen.

DE SANCTIS CHRISTI MARTYRIBVS

SAMONA, GVRIA, ET ABIBO, ARETHAE ARCHIEPI-

scopi Cæsareensis, Oratio, viro docto interprete. Habetur 3.

Tomo Aloysij. Hanc nos in capita
distinximus.

Nota antiquitus celebatur festū horum martyrum.
Cap.1.



Vomodo vobis se animus habet, sacer grex? qui diem festum hunc splendidius Christi confessoribus agitis, quandò externa erit am multa vos vti video lautitia, summa que cum hilaritate faciūt hunc locum occupare. Nunquid fortasse, quæ in vobis imperium obtinet mens, sensim à rebus deflexa suis, per sensus effunditur, & in ea etiam, quæ oculorum subiecta sunt sensibus, dissipatur? Aut verò cum paululum hæc, blandientis cuiusdam catelli more, sensu adulari permiserit, ipsa in sua gaudens altitudine, pulcherrimis sibi propriis spectandis rebus mouetur, afficiturque, & reiciendis voluptatibus corporis, proprium Christi martyribus verè natalem celebrat diem? Si hæc ita se habet, & victoribus his honore istum habendum censuistis, atque ita diem festum celebrare contendit, Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, qui pridem etiam seruos suos velut passerculum quendam de laqueo venantium eripuerit, & nunc ipsa anni conuersione, optato gaudio nobis allato, sacris eorum certaminibus quodam hilari veluti conuicio, studiofius nos excipere voluerit.

Cap.2.

Sancti martyres quæ nobis apponant.

Et quid hoc est? Id nempe, quodcunque animi vires confirmat, & spreta laudabiliter multitudine imperita, ad illas alterius vitæ mansiones erigit, erigiturque, alii velut quibusdam omnium prudentissime in altum euectum. talis est enim martyrum festus dies, tale victorum nostrorum theatrum, talia sunt ea, quæ abs se allata nobis illi conuiuiis suis apponere statuerunt: quandò non hoc modo epulari, lenitatemq; indulgere, sed vni ventri turpiter deseruire, qui, quicquid in eum quis studij contulerit, in secessum emittit: & vestium mutatione alios vicissim alios superare contendere, non solùm res generosa non est, eiusmodique, quæ moribus disciplinaq; nostra conueniat, sed ab ipso etiam est conuiatorum sensu, menteque alienissima. Hac igitur

cum